



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**Gabrielis Navdæi Parisini Pentas Quæstionum
latro-philologicarum**

Naudé, Gabriel

Genevæ, M. DC. XLVII.

Qvæstio Prima latropilo-Logica. An magnum Homini, à Venenis periculum.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-70696](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-70696)



QVÆSTIO PRIMA

IATROPHI-
LOGICA.

*An magnum Homini, à Vene-
nis periculum.*



RAVES illæ pridem & ab Apud Hæ-
siodum. antiquissimis ferme tem-
poribus institutæ, multo-
rum de natura, non secus
ac de tristi & injusta nouerca, ferun-
tur querelæ; Momi quidem Sannio-
nis Deorum urbanissimi, quod fene-
stratum pectus, Hominibus non de-
derit; Theophrasti, philosophorum
vel Ciceronis calculo eruditissimi di-
fertissimique, quod breuem ætatem il-
lis, longissimam verò Cornici, Ceruis,

A

erti
mih
uan
pus
ero
At.
vli
m in
do
13
mul-
pri
le
vo
num
ne
in-
far
xii
Æ

2 *An magnum Homini*

Prooemio
lib.7.

Elephantum, haud satis consultò indoluit
ferit. Plinij denique & aliorum, quod
animalibus cæteris variè tegumentum
concesserit testas, Coria, Spinas, Vellera,
los, Setas, Pilos, plumam, Squammas,
vellera, at verò

Ovid. in
Metam.

*Sanctius his animal, mentisque capaci
alta,*

nudum & in nuda humo natali die
vagitus statim & ploratum abjecerunt
Hæc lunatis dentibus, minaci cornibus
pernici cursu, unguibus aduncis, rictu
ferino, calce præduro, membrisque
mnibus ad terrorem compositis armis
uerit; illud imbelle prorsus & præ-
diis omnibus destitutum, ad ignominiam
potius exposuerit, quam ad gloriam
riam extulerit; ad seruitium citius
finxerit, quàm ad dominium.

Martial.

*Dente timetur Aper, defendunt cornibus
Cervum,*

*Imbelles pueri, quid nisi præda sumunt
Verum næ tu longe grauiores multorum
rum de eadem natura questus mihi
in memoriam reuocas, Alsari doctissimi
me, dum quæstionem hanc de venatorum*

norum

morum diuersitate & periculosa passim
illorum succrescente copia, alias à te
subtiliter ventilatam agitatumque, te-
nuitati meæ rursus discutiendam præ-
bes; ipsamque, ad explorandum taci-

tus

*Quid nostri valeant humeri, quid fer-
re recusent,*

In lib. de
quæsitis
per epist.

velut implicitum per varios sinus &
ambages, non Gordij, sed Hippocra-
tis aut Asclepij vinculum, rectæ ratio-
nis acumine dissoluendum enodan-
tumque mihi subindicas, & proponis.

Enimuero videor mihi videre non
aucos ex muliercularum moribus, &
consuetudine, quæ vanis falsisque ma-
suspicionibus sæpissime torquentur,
ad unguem effictos, & graphicè
elineatos, ut singula quæque dumeta,
preta, senticeta Cane pejus, & angue
euitent, in quibus scilicet

*Sunt minima species; sed dira vulnere
pestes;*

Q. Sere-
nus c. 48.

*Qua magis in tenui latitantes corpore
fallunt.*

Vt quod olim præcepit Damocetas

4 An magnum Homini,
apud Virgilium

Ecloga 3. *Qui legitis flores, & Humi nascenti
fraga,
Frigidus, ô pueri fugite hinc, latet a
guis in herba.*

hoc ipsum magna quoque sibi religio-
ne cauendum obseruandumque, si
pœna salutis, & vitæ quam tantope
diligunt, pertinaciter arbitrentur. Ne
perperam, Hercle, si querulæ eorum au-
voces ad ignauitæ suæ patrocinium su-
ficerent; quid enim inquit, Homi-
ni, tutum esse potest inter tot nocit-
ra constituto? quid amicum, inter
aduersa prostituto? quid salutare, in-
ter tot lethalia degenti? quid non e-
tiale, tot prodigia morborum intus
uenti, tot monstra venenorum foim-
excipienti. Sanitas una, Morbi infu-
du-
ti; ingressus unus, exitus multiple cu-
Mors ubique, salus nullibi: Quid ergo cu-
subnectunt iidem, non fat malorū ca-
Homini ex fragili sua constitutio al-
per tot morbos inerat? non fat ex no-
geniosa nimis aliorum malitia, per su-
carceres, gladios, Cruces, uncos, & H-
res, se-

à Venenis periculum.

res, sclopos, pelues, & rotas impende-
bat nisi etiam, antiquissima illa Plato-
nis dea *Zeidwegs* *γῆ* ut ab Hesiodo vo-
catur, vorfuram quotidie faceret, &
periculum illi, mortemque per suas
opes intentaret.

Dapibus crudelis in ipsis,

*Carnifices epulas, incertaque pocula
prabens,*

Claudiã.
de bello
Gildoni-
co.

aut potius ut cum Seneca loquar

euocans omne serpentum genus,

in Med.
act. 4.

Congerens in unũ frugis infauste mata,

Quaecumque generat inuius saxis Erix,

Quodcumque gramen flore mortifero

viret,

Dirusve tortis succus in radicibus

Causas nocendi gignit

intempestiua liberalitate proferens; ut
indubitare quis merito posset, cum sur-
culos euellit, num inimicos efferat;
cum effodit metalla, num eruat Toxi-
lorica; cum feram sequitur, num mortem
assequatur: adeo venenorum diuersa
nomina, diuersa genera, diuersi etiam
sunt effectus: aliud enim ex radicibus
Herbarum contrahitur, aliud ex ani-

malibus mortiferis reseruat, sunt
 quæ frigore sanguinem gelent, sunt,
 quæ calore nimio vitalia exurant; quorundam
 dam toti Homini inimica formam solent
 jus continuo destruunt, quædam paucis
 tibus nonnullis lethalia perniciem
 inferunt; Opium & cicuta caput terac-
 rant, Gypsum & fungi ventriculutes
 lædunt, Cantharis vesicam dilacerant
 pulmonem lepus marinus exulcerant
 venas aperit Hæmorrhous, nervos ex-
 ficat quidam araneus; singula varge
 modo nocent, sed omnia eodem saib
 po necant; pauca per longiores motu
 concedunt auxilium, plurima per brex
 uiores inducias urgent ad exitium; am-
 eò etiam illud verum est, quod non
 ita pridem optimus poëta cecinit:

*per singula membra venenum ma-
 Infundit natura Homini: caput, & mic-
 nus, & pes,
 Et latus, & Stomachus grauitè tunc
 quentur, & aures.*

Quid plura? ictu, morsu, haustu
 non tantum nocent, sed longè grauior
 est, quod in Hominem illis à naturis,
 conce

functum concessum; huic, acuto visu Catoble-
fusa, tenui sibilo Basiliscus, leuissimo o-
que oratu Driynus, canis rabie percitus
am solo tactu rabiem pestemque suã com-
municant; hunc in flauam bilem sol-
muit vipera, in nigram conuertit pasti-
t teraca, fundit in aquam Cenchiris, di-
ulutendit in flatum rubeta, hic denique
ceritiens perit ex dipsade, furens ex fo-
cerano, saltans ex phalangio, dormiens
os ex opio, ridens ex fardoã, ut nihil non
uagando mors illi subrepat, ex istis om-
a saibus certa, at ex una quidem Aspide
notongè certior, licet ex Ptiade tardior,
r bex Chersea velocior, ex Chelidonia
n; amnium præsentissima citissimaque.
d nendò verò, cum hæc singula singulos
t: tantum feriant, nec plures simul inter-
mant, scelus maximum, ut à Plinio
micitur, Salamandra populos impro-
idos necare potest, & sola nationes
er tntegras ad ruinam & internecionem
erducere, tantum uni vitæ insidia-
ausum est ab inualidis! tantum sæuitiæ
raulabest in stirpibus, viget in metal-
tatis, regnat in animalibus!

At vero quàm injurijs sint naturæ e
 jusmodi Censores, quàm impij in com
 munem matrem, quàm suæ felicitat
 hostes, & beatæ sortis inimici, faciat
 opinor vt ipsimet intelligant, simul
 eorum spiritus pavidos adhuc, & t
 insidiarum metu perterritos, ex horri
 da venenorum silua ad ameniore ab
 xteriorum delicias & viridaria paul
 per auocando, certa spe salutis, ut su
 uitati vitæ nihil dematur efficiam. Fr
 stra enim naturam culpamus, frustu
 terram accusamus.

Nostrorum causa malorum

*Nos sumus, & sua quemque magis d
 mentia vexat.*

Natura quidem venena produxit
 terra fouit, & recepit, sed quis inuenit
 illa præter hominem? Damasci publi
 cas eorum officinas fuisse narrat Iose
 phus, Neronem hæc in suo conspectu
 præparari sustinuisse refert Suetonius
 Attalumq; venenosas & lethales plan
 tas aconitum, scutellariam, elleborum sin
 gulari studio plantasse, rigasse, coluisse
 narrant historici. Atque cum in arboribus

res exacuant limentque cornua Ele-
phanti, saxo Rinocerotes, & utroque
Apri dentium ficas; sciantque ad no-
cendum se præparare animalia, quod
tamen eorum tela sua, excepto homi-
mine, venenis tingit? Nos & sagittas
ungimus, & ferro ipsi nocentius ali-
quid damus, nos, & flumina inficimus,
& rerum naturæ elementa, ipsum quo-
que quo viuitur aerem in perniciem
vertimus: terra quidem nobis malo-
rum remedium genuit, nos illud vitæ
fecimus venenum, ferro enim quo ca-
rere non possumus simili modo uti-
mur; ut rectè meo quidem iudicio
monuerit grauissimus morum censor
Seneca, *quod si beneficia natura utentium
prauitate perpendimus, nihil non nostro
malo accepimus*: Ecquis igitur naturæ
istam culpam esse fateatur, & non ho-
minum potius, secus quam oportet
rebus ipsis utentium? Hæc quidem
pio affectu multa subministrat inno-
centiæ, non flagitio; saluti, non exi-
tio; morbis auferendis, non inferen-
dis profutura; Nos verò prauo conatu

Plin. lib^a
18. cap. I.

PO *An magnum Homini*

ejus vota deludimus, & sapienter excogitata, malè administrando stultè peruertimus.

Vetùm optimè sentio quid isti obganniant seueriores Aristarchi, de veneficiis quidem & pharmacis hæc utcunque vera, longè tamen aliter se habere in venenatis & phtarticis totoque genere deleteriis substantiis, quæ nos sæpe sæpius imprudentes fallunt, infantes ledunt, fugientes sistunt, stantes opprimunt, inermes necant, armatos etiam plerumque perimunt. Geris tamen Siculis vaniora sunt, ausim ego dicere, hæc argumenta, quæque in partem ejusdem criminis salutaria quæuis trahant, hominumque vitæ & cōmodis summoperè necessaria; quorum scilicet natura, non semper omnibus placuit, nec vires aut effectus perpetuè nobis arrisere: Aquæ subeunt in imbres, rigescunt in grandines, tumescunt in fluctus, præcipitantur in torrentes, an idcirco venenatæ? Aer densatur imbribus, furit procellis, micat & sæuit ignibus, an propterea

propterea de eo conquerendum? Terra ipsa plerumque dehiscit in foueas, surgit in montes, subsidet in valles, euomit flammās, absorbet prouincias, an idcirco culpanda? si hos audis, grauitē sanē; si mihi credis, omninō pueriliter: Ludibrium igitur debent Philosophis certē quam maximum, insulsa faruæ illius & Abderitanæ plebis, de tam ampla malorum segete, tam longa *θανατοφόρον φαρμάκων* Iliade commenta. Quædam certē venena non rarō succrescunt, frequentius etiam usurpantur; at, quæ sint omnino deleteria, si verum fateri volumus, vix ulla reperiuntur; eaque, aut in syluis latent, aut in æquore medio degunt, aut in auuis & desertis locis nascuntur, aut denique in longē distitis & remotis continentur; Aspidi, si Lucano credimus,

Plenior est sāguis & crassi gutta veneni Lib. 9.

Decidit, in nulla plus est serpēte coactū.

At verō, quid ab ea nobis imminet periculi? quid ab eius virulentia metuendum?

*Ipsa caloris egens, gelidum non transit
in orbem*

*Sponte sua, Niloque tenus metitur a-
renas.*

Hæc verò (quæ multum licet mi-
tiora sint, nihilominus tamen φθαρτι-
κὰ, φθοεγόποια, κακίστη, δαυατηφόρα voca-
tur) haud esse tantopere periculosa,
parum aberit opinor, quin ut mihi, sic
illis censoribus meticulosis persuadeã.
quid ita? quoniam talia formaliter non
sunt, qualia creduntur, neque talem
habent naturam, qualem nos illis ad
cruciatum nostrum subtiliter affingi-
mus; alioquin nec istis capræ pingue-
scerent, nec hirundines cantharidi-
bus, nec gallinæ vermibus, nec fues
mandragora, nec sturni cicutâ, nec el-
leboro coturnices, aut passerres hyo-
scyamo. vultis plura?

Serpente Ciconia pullos

*Nutrit, & inuentâ per denia rura la-
certâ.*

Vultis præterea ceruorum cupedias
& suauissimi gustus lagana? viperæ
sunt, ut & venatoribus omnibus no-
tum,

notum, & à Lucietio Philosophicis
versibus consignatum.

*Naribus alipedes (inquit ipse) sic cer-
ui sepe putantur*

Ducere de latebris latentia sæcla ferarū.

Vnius ergo homuncionis respectu
tot opes naturæ damnosas judicamus,
tot infontes diuitias, velut Gorgonis
guttas, sanguine stillantes, aut Ty-
phœi cruorem quotidie deuouemus;
sed quo jure, quibusve rationum mo-
mentis, nondum apud me constare,
libenter assero. Siquidem, nec purè &
solitariè sumpta nocuerunt, aut Athe-
nienfi vetulæ cicuta, aut Eudemo el-
leborus, aut Coloniensi puellæ araneæ,
aut Africanæ mulieri napellus, aut Mi-
thridati toxica; nec etiam sedulò præ-
parata, non maximè profuerunt, aut
Cantharides Galeno, ad diuretica; aut
viperæ Andromacho, ad theriacam;
aut auripigmentum Traliano, ad dy-
senteriam; aut sulphur & hioscyamus
Aëtio, ad febrem diuturnam; aut aco-
nitum Auicennæ, ad lepram; aut sum-
ma quæque alia venena doctioribus

*Apud Ni-
candr. in
Alexiph.*

medicis Carpo, Desennio, Varignana, Matthiolo, Cardano, ad obstinatiores quosque affectus sanandos, & euentu securo promptè foeliciterque profligandos: imprudentiæ igitur aut malitiæ nostræ potius quàm venenis alexiteria quærentur, & quæ nos ipsi peccamus blanda prorsus adulatione ad stirpes & animalia referuntur. Sed, esto fatalis, venenorum ista clades, morbus esto, non endimius modò sed pandimius uniuersæ hominum speciei, & ubique gentium, ac passim locorum disseminatus; quis tamen ipsum jure metuat? aut potius quis hoc grande nefas, ac periculosæ plenum opus qualitatis & materiæ audacter non contemnat? suppetias ipsamet ferente natura, & oblatâ nobis tot præstantium remediorum officinâ continuò dictante, ut quemadmodum aduersus morbos ex praua victus ratione antidotis, aduersus fascinationes, amuletis; sic contra venenum intus quidem assumptum alexipharmacis; exterius verò illatum, vel admotum,

alexi-

alexiterijs non segniter pugnemus. Atque ut in ipsorum natura & cognitione paulò diligentius inuestiganda non nihil immoremur; docet Galenus 3. de temperamentis cap. 4. venenum propriè describi, quod naturæ nostræ ex totius substantiæ suæ ratione contrariū est, siue occultas tantum qualitates præ se ferat, siue manifestas etiam illis in perniciem adjungat; unde ex eodem 5. simplicium, medicamentis tota specie alexiterijs, naturam, inter corpora affecta & deleteria, mediam inesse oportet; hoc est ut humano corpori tam aduersa sint, quàm veneno repugnent: si namque ad veneni naturam magis accedant, minus afferent utilitatis quàm nocuenti, si verò ad corporis similitudinem, naturamque propius inclinent, veneno minus resistere valebunt. Vtrum verò dentur generalia quædam ejusmodi alexipharmaca, quæ venenis omnibus ex æquo repugnēt, illud est quod optimè negat Galenus, quoniam si mediâ sunt naturâ inter humanam, & venenum, venena

*Lib. 3. de
Venen.*

autem *ἄς ἀξί πασῶν* inter se sint discrepantia, certè non poterit esse aduersus hæc generale quodam alexipharmacu. Poterunt tamen, ut fatetur Cardanus, nonnulla horum loco esse medicamenta, quæ tum vires roborando, tum rei cuiuscumque noxiæ vomitum, aut euacuationem per sudores proliciendo, haud multum huic præstantissimæ alexiteriorum facultati viribus concedent. Quæ autem illa sint, & quibus ad id præstantis naturæ dotibus insignita, pergit idem curiosè admodum ex grauissimis authoribus recensere. Hanc vero nomenclaturam, si quis per nationes præcipuas instituere satius habuisset, jactarent apud eum procul dubio Græci terram suam sigillatam; Hispani Scorzoneram; Germani tabaci succum & folia, Indi Bezaar caraprinum; Arabes ceruinum; Siculi scorpiodes & lacrymas ejusdem animalis viroscosi; Itali oleum suum ex scorpionibus; Turcæ denique & Iudæi balsamum: Si per personas, Rustici & tenuioris fortunæ homines rutam suam profer-

proferrent ; diuites Theriacam & Mi-
thridatium ; Reges denique vasa sua
ex electo , argento puro , aut incerto
Monocerotis cornu cælata : Ego verò
dapes inemptas , tenue salinum , vasa
fictilia omnibus istis præferrem, utpo-
te cùm longâ experienciâ , & diutur-
no usu confirmatum esse dudum mo-
nuerit optimus hac in re medicus Iu-
uenalis :

quod nulla aconita bibuntur

Satyra 10.

*Fictilibus ; tunc illa time , cùm pocula
sumes*

Gemmata, & lato setinũ ardebit in auro.

Quod autem de generalibus alexite-
farijs paulo ante negauimus, hæc eadem
de proprijs & specialibus nunc omni-
no concedenda veniunt ; cùm ut qua-
ntitas qualitati, sic eodem jure proprie-
tatis proprietati possit esse aduersa ; nec
solum Aristotelis Philosophia postu-
lat, ut contrariorum uno in rerum na-
tura existente, alterum pariter subsi-
stat ; sed etiam prouidentia qua mun-
dus regitur, ut quodlibet in natura
contrarium suum obtineat, simplici-

ter efflagitet. Quamobrem factum est
 non minus sapienter quàm providè,
 hæc eadem natura nusquam magis
 xuriet, nullaque in re pariter atque
 alexiteriorum opibus ambitiosa sit,
 quibus tam prolixè numen suum ex-
 plicat, ut *ἄεθρα* illa non tam Epicu-
 rea, quod quidam ait, quàm medicis
 fuisse videatur; nam quæcunque con-
 uernis terræ ac visceribus latent, qui-
 quid est aquarum, stirpium, anim-
 lium, terra, ignis, maria alexiterijs in-
 seruiunt; in fæce rerum, in excreme-
 tis, in carie, in rebus minimis & obli-
 letis ac propè nullis, venenorum in-
 media condita sunt; atque in re u-
 multiplex natura vario genere rem-
 diorum fæta est, admirabilior mul-
 minus in damno quàm in remedio
 hinc non satis habuit deleteria fert
 omnia certis notis designare, fung
 exempli gratia, diluto quodam no-
 nullorum rubore, rancido aspectu,
 uido colore, rimosa stria, pallido
 ambitum labro, mille coloribus ce-
 leo, atro, viridi, fusco ex extractis
 stat

statim nascentibus sic evanescentibus; nisi & alexipharmaca pleraque commonstrasset, omniumque oculis forma, maculis, colore veluti subjecisset, ut in scorpioide, Aro, & Echino; quorum postremum semen viperini capitis signaturâ notatum refert, aliud serpentum maculis variegatum conspicitur, primû verò radicem gerit scorpioni haud absimilem, ut cum scorpio serpentibus viperâque, particulares horum inimicitias facilè deprehendas. Et quod demum præstantissimum est, nisi ipsis venenis non tantum peculiarioria alexipharmaca, ut lepori marino triglam, napello anthoram, cicuta myrrhidem, dorycnio echinos, aconito ayzoum; sed etiam hæc ipsa sibiimet ipsis singulari beneficio opposuisset; quis enim ignorat muris aranei morsum ab eodem contuso & imposito citissimè sanari? draconem marinum ictui proprio commodè mederi? pastinacam contra virus suum salutaris remedio prodesse? Scorpiones & phalangium oleo proprio damna que

fecerint resarcire? corpus viperæ, alæ
 cantharidis, adipem crocodili, maxil-
 lam canis, animalium ejusmodi noxis
 utiliter resistere?

Seren.
 cap. 43.

*Et cum vulnus atrox incussit Scorpius
 ardens,*

*Continuò capitur, tunc digna cæde re-
 tusus,*

*Vulneribusque aptus, fertur renocare
 venenum.*

Quinimo illud fermè admiratio-
 nem omnem superat, quod ubicunque
 terrarum noxa aliqua familiaris exi-
 stit, ibidem etiam profusâ nature libe-
 ralitate, vel succrescere vel inuenitula
 soleat illius remedium, quasi paria illa
 uniuerso, velut Romani gladiatoreuiss
 in foro, natura componat:

utque nocendo

Ingeniosa fuit, fuit ingeniosa medendo
 Sic in Ægypto Ibides serpentibus op-
 posuit, iisdemque in Apulis & Lucauat
 nis ciconias, in Hispania Scorzonet h
 ram, in Insula Diui Nicolai feles; taner
 demque morbo illi fædissimo Nouibe
 Orbis accolis familiari, & endemion.

arbo

à venenis periculum.

21

arborem mirabilem, sacramve Ligni
Sancti aut potius Guajaci.

Quam gens illa colit, studioque educa-

re multo

H. Fraca-
stor. in sy-
phill. lib.

Nititur, hac latè colles, cāpique patētes, 3.

Hac omnis vestitur ager; nec Sanctius

illis

Est quicquam, aut potiore usu, quippe

omnis in illa

Spes jacet, hanc contra pestem, qua ca-

litus illic

Perpetua est.

His autem validissimis rationum &

experientiarum momentis, nisi que-

nitula hæc Momiq; & Aristarchi genui-

a illa soboles sibi ex integro satisfactum

oreuisse arbitretur, pergat jugi luctu &

continuo timore discrucitari, nō repu-

gno; naturæ nūquam desinat esse mo-

doesta, annuo; imo Iouē ipsum, ut Hip-

polytus Sophoclis, aut seruus Plauti ar-

cauat, quod lepidè ingenuati moriātur,

onet homines ex mulieribus nascantur,

taner me licet; desipiant, ringantur, con-

loubescant, manum amplius non vorte-

niom.

bo

B iij



Illustrissimo Reuerendissimóque
Domino D.

IOSEPHO MARIA
SVARESIO VASIONENSI
Episcopo Vigilantissimo,

GABRIEL NAVDÆVS S. P. D.



QVOD vertentis anni principi
singulis in more & urbanitate
vite consuetudine positum
ut vel affectum in amicos,
obsequium in Dominos, munusculis
busdam significant; hoc ipsum tua
fertim de causa, Antistes dignissime, re
tentibus iam noui & auspicalis Anni
lendis, mihi faciendum esse intelligo;
suauissima tua cōsuetudini plurimum
dem antea deditus, nunc etiam ampli
ma tua Dignitati me totum submitto
mūlque vehementer gaudeo splendo

animi ingeniique tui præclarissimum, ad-
 eò illustri & edito in loco constitutum esse,
 ut honos Virtuti tuæ redditus, summam in
 animis hominum rectè sentientium Volu-
 luptatem concitet, & Eminentissimo Car-
 dinali Barberino magnam omninò judicij
 laudem videatur allaturus. Cum te unum
 utriusque dictionis laude florentem, lite-
 risque humanioribus non vulgariter in-
 structum, & in versandis cum priscorum
 Patrum, tum eorum præsertim scriptorum
 monumentis qui veteris Ecclesiæ ritus &
 mores explicant, nemini secundum, tot le-
 ctissimis Præsulibus socium esse curauerit,
 quorum postea vitam singularis tuæ probi-
 tatis exemplo illustrare, auctoritatèque
 doctrinâ & eruditione tueri atque sustine-
 re posses: maximè cum solus fermè videar-
 is aptus hac tempestate, licet ipsa doctis-
 simorum virorum mirè fœcunda sit, qui
 jure merito censeri debeas

Potens ouantis prægnanti lumine
 mentis

Prisca vetustorum detenebrare pa-
 trum.

Quamobrem postquam eò jam dignitatis

B iij

prouectus es, ut non modo Soteria, vel Apophoreta, sed Xenia quoque à nobis tenuibus, & vix capite census, jure tuo possis repetere, atque etiam sic in litteras sis affectus, ut ab ipsarum studiosis nullum nisi literarium munus videaris ambire; Sane Quæstionem hanc, quæ me nuper Ceruiam cum optimo meo Mæcenate reuersum, & istius loci solitudine atque tædii penè confectum, non injucundè exercuit, velut omnium aptissimam selegi, quæ tuis votis, sic meo quoque possem officii satisfacere; quod equidem futurum non dubito si meam quam profecto in hac vides elucere voluntatem, animique singularem ad te amandum & obseruandū præpensionem, quæ tua erit in me Humanitas & beneuolentia, benignus ut cuncta me solitus es, etiam nunc amplectare. Quod ut facias, rogo te etiam atque etiam. Vale.

Dabam Ceruiæ. Kal. Ian.
 M. DC XXXIIII.

QVA